إِذَا وَجَدْتَ زَمَانًا مَتْبُرًّا لِلْسُؤَالِ  
فَاقْطُلْ بْ طَبَّنَكْ بِسُورَةِ

Acne interea dum calet ferrum. *Id est:* Cūm nactus fueris tempus oportunum quæstiōni, interrogā quæstiōnēm tuām statim. S.

NOTÆ

NOTE THOMÆ ERPENII.

Acuere h̄c sumitur pro cudere, quod cudendo res acutatur; sicuti contra Hebr. כְּזַבֵּרָה, qua propriè cudere videntur significare, interdū pro acuere sumuntur. vide quæ infra annotabimus ad Prou. 162. Extat autem hac sententia in omnibus fere linguis, & generaliter significat occasionem oblatam arripiendam esse: unde scholastes hoc loco eam nimium videretur restringere, dum soli questioni eam accommodat.

## XXV.

مَنْ لَا يُعْطِي حَطَبًا لِلنَّارِ يَمْنَعُهَا مِنِ  
الْاِشْتِعَالِ • أَعْنَى • مَنْ يَنْخِرُ بِكَلَامِ  
الشَّكِ يَمْنَعُ الْفَضْبَ أَلَا يَلْتَهِيَ

Qui non dat lignum ad ignem, impedit illum quo minus exardescat. *Hoc est, Qui pudebit ob verba scandali, impedit iram quo minus inflammetur. S. E.*

NOTE THOMÆ ERPENII.

Verba scandali vocantur que quis ira percitus in aliquem euomit. Elegans sane proverbiū qui reprehensus aut obiurgatus pudore suffunditur, nec se obiurganti opponit, iram eius

## PROVERBIORVM ARABICORVM

eius cohabet atque impedit: qui verò contra facit, iram,  
ut ignem appositione lignorum, verbis suis accendit &  
inflamat. Idem fere Salomon Prover. 26. his verbis.

בְּאַפָּם עִזִּים חֲכָמָה אֲשֶׁר וּבְאֵין גְּדוּלָה יִשְׁחַק כְּבוֹד:  
פָּתָה לְגַדְלִים וּעִזִּים? לֹא שָׁוֹא שְׁמָן לְחַרְמָר רִיכָּ:  
Cùm non fuerint ligna, extinguitur ignis: sic  
cùm non fuerit susurro, silebit contentio.  
Ut carbo ad prunas & ligna ad ignem: ita vir  
contentiosus ad succendentium litem.

## XXVI.

مَا يُحْكِي رَأْسَكَ إِلَّا أَطْفَارُكَ • يُعْنِي •  
لَيْسَ يَقْدِرُ أَحَدٌ يَتَضَعِّي حَاجَتَكَ  
كَمِثْلِ تَسْتَجِي إِلَّا أَذْتَتْ •

Non scabat caput tuum præter vngues tuos. Significat, Nemo potest sufficere necessitati tuae quomodo tu cupis præterquam tu ipse. S.

## NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Non scabat: ad verbum non scabet. sed sic solent Arabes  
modum potentialem per Futurum exprimere.

## XXVII.

XXVII.

لَيْسَ الْبُخْلُ مِنْ أَخْلَاقِ وَلَكِنْ  
لَيْسَ لِي مَا أَجْرُودُ بِهِ

Non est auaritia mihi naturalis: sed  
deest mihi quo sim liberalis. E.

NOTAE THOMAE ERPENIE.

Sententia elegantissima. Multorum scilicet virtutibus obstat  
Res angusta domi, ut ait Poëta. أَخْلَاقٌ est Plurale  
à Sing. خُلُقٌ quod habes Prover. 65. Non est auar-  
itia ex naturis meis, id est, ex proprietatibus mihi na-  
turalibus.

XXVIII.

لَا تَحْكِمِ النَّازِرِيَّا لِسِكِينِ  
إِنْتِهَةَ بِكَامِكَ مِنْ الْحِمَالِ وَلَا  
تُصَاحِبِ الْغَاضِبَ بِسُرَّةَ

Ne scalpito ignem gladio. Significat:  
In loquendo caue à stultis; nec societa-  
tem contrahe cum iracundo temere. S.

NOTAE

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Itud temere omittendum est, nam بُسْرَعَةٌ non significat  
 temere, sed cito, celeriter, بُسْرَعَةٌ irascens cito, est id quod uno vocabulo Latini dicunt, ira-  
 cundus. Est autem hoc adagium Pythagoræ symbolum ad  
 verbum, πῦρ τοδίπερ ὃν σκαλάσει, cuius mens est, iracundum  
 non esse laceſſendum: quomodo & Arabicum explicat scho-  
 liastes, dicens id velle; Cauendum in sermone esse à stultis &  
 iracundis, nec familiariter cum iis conuersandum esse; atque  
 adeò multò minus eos esse irritandos: Ut enim pruna quam-  
 diu relinquuntur placide sunt, suisque cineribus ardorem  
 suum tegunt, quam primum verò contrectantur & fodun-  
 tur horrendam ostendunt faciem, vim magnam scintillarum  
 emicunt, ac in apertam tandem flammam erumpunt: sic natu-  
 rā iracundi quamdiu soli & intacti vivunt, malitiam suam  
 tegunt, quam primum verò cum aliis conuersantes vel leuis-  
 simè tanguntur, eam produnt, vultum mutant, loquuntur  
 horrenda, iraque vehementi accenduntur. Hinc & Salomon  
 Prou. 22. אל הַרְעֵעַ אֲח בָּעֵל אֲךָ אִיש חַמֹּה לֹא חַנוֹן  
 Ne sis amicus iracudo: & cū viro iracudo ne eas.  
 Quod ad eum sensum istius Pythagorici attinet, quo perhibe-  
 tur manem operam significare; eum fortassis & Arabico  
 queas tribuere, sed nota tum aliam esse significationem ignis;  
 nam in priori proverbiū sensu iam exposito sumitur pro pru-  
 na, at in hoc posteriori sumēdus est pro flammā, ut utrum-  
 que indifferenter significat vox ignis in omni lingua.

## XXIX.

لَا تَتَقَبَّلْ مَعَ أَسَدِ دِي أَرْبَعَةِ قَوَافِلْ  
 أَيْ، تَحَمُّزْ وَاجْتَنَبْ كُلَّ إِنْسَانْ  
 حَبِيبْ شِ

Ne conuersare cum leone quadru-  
 pede. *qd est*, Caue & declina omnem  
 hominem nequam. S.

## XXX.

لَا تَكُنْ فِي زَمَانِ الْقَيْظَا نَهَلَةً

Esto in diebus æstatis formica. S.

NOTÆ I. SCALIGERI, & T. ERPENII.

Logo... لَا تَكُنْ non لَا تَكُنْ quod est contrarium:  
 nam hortatur ut prouideat egestati futurae, dum per tem-  
 pus & etatem licet: ut eodem exemplo in primo sermone  
 Horatii, & in Proverbiis Salomonis. S. Melius legatur  
 كُنْ sed ut tamen imperativum etiam secunda Fu-  
 turi personæ interdum præfigi habes Cap. 2. lib. 2. Gramma-  
 tica nostræ Arabicæ. E.

## XXXI.

فِي كَاسِ الْجَسَدِ لَا تَشْرَبِ الْحَمَرَ •  
أَعْنَى • لَا تَتَلَذَّذْ مَعَ الزُّنَّاَةِ لَا يَا لَقَزْلِ  
وَلَا يَا لِفَعْلِ أَبَدًا •

In patera carnis ne bibe merum. *Significat*, Ne delitieris cum scortatoribus, neque verbo neque facto in æternum. S.

## XXXII.

لَا تُطِيرُ السُّنُوبِيَّاتِ فِي زَمَانِ الْقَيْظَ •  
أَعْنَى • لَا تَرْوَقُ أَمْرًا وَلَا شَرَّا بَيْنَ  
الْعَاقِلِ وَالْجَاهِيلِ •

Ne admitte ad volatum hirundines tempore æstatis. *Significat*: Ne mitte negotium aut malum inter sapientem & stultum. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

**سْنَوِيَّة** *avis nomen esse satis liquet : at cuiusmodi, nescio.*

**خَطَاف** *verti hirundinem, quod sic ferè verti soleat סְנִינוּתָא Chaldaicum. alioqui hirundo quoque vocatur, ut videre est in Avicenna, وَ اَسْفَافُ اَدْعَى affirms doctissimus Io. Mercerus in در Rationem autem proverbi huius ego certè non capio.*

## XXXIII.

**اَضْرِبِ النَّارَ زَجَّ بِالزَّمَانَةِ، اَعْتَنِي مَصْعَبَ قَلْبِكَ الْحِكْمَةَ وَاحْذِنْ فِي قَلْبِكَ الْعِدْلَ مَمْ**

Allide malum Medicum(narangiū) malo Punico. *Sensus: Pone in corde tuo sapientiam, & thesauriza in corde tuo scientiam. S.*

## XXXIV.

**لَا تَكُنْ فَرَسًا لِمُجْبِكَ لِيَلَا تَقْعَ**  
Ne sis equus amico tuo, ne cadas. *S.*

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

*Qui se amico nimis subiicit, contemptum sui sibi conciliat.*

NOTE THOMÆ ERPENII.

Simile habebis infrā: Ne sis canis amicorum tuorum. Est autem <sup>ه</sup> مُحِبٌ idem quod Hebr. אַוְתֵב, id est, amans, qui amat; nam is qui amatur حَبُوبٌ vocatur Hebr. אַמִיכָס. amicus صَدِيقٌ vocatur, مُسْبِحٌ, صَاحِبٌ, aliisque nominibus.

XXXV.

لَا تُعْطِ الْخَنَازِيرَ تَوْقِيرًا وَمَجْدًا . أَعْتَى .  
لَا تُعْطِ لِلْحَمَالِ حِكْمَةً وَلَا تَصْنَعْ  
أَرْجُلَهُمْ عَلَى دَرْجَةِ الْكَرَامَةِ لَا  
طَبَيْعَتَهُمْ شَرِيرَةٌ

Ne des porcis honorem & laudem.  
*Id est*, Ne attribue stultis sapientiam,  
neque colloca pedem eorum in gra-  
du honoris, quia conditio eorum pes-  
sima est. S.

NOTE THOMÆ ERPENII.

رِجْلٌ est idem quod أَرْجَلٌ pedes, à sing. أَرْجُلٌ طَبَيْعَةٌ

autem propriè est natura, quo modo & ruer-  
tere malim.

## XXXVI.

لَا تَكُنْ شِفْ سِرْكَ لِلْقَرْودِ . أَعْنَى ، لَا  
تَكُنْ شِفْ سِرْكَ لِلْمُسْتَهْرِيِّينَ .

Ne aperi secretum tuum simiis. *Id*  
*est:* Ne detege arcanum tuum deriso-  
ribus. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Solent simiæ actiones hominum quas vident imitari, & deri-  
sores eorum quos derident dicta factaque iterare, & alijs  
repræsentare, quæ fortassis causa est cur simiis compa-  
rentur.

## XXXVII.

صَعْ عَلَيْ بَابِكَ الْجَامَ فَلَا تَخَافْ مِنْ  
أَعْدَاءِكَ ، أَيْ ، أَلْحِمْ فَاكَ وَصَعْ عَلَيْهِ  
الْجَامَ السُّكُوتِ فَلَا تَخَافْ مِنْ  
الْأَخْتِيَارِ .

D 3 Appone

Appone ianuæ tuæ frenum, & non timebis inimicos tuos. *Ide est*, Frena os tuum, & impone illi frenum silentii; & non metues ab aduersariis. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

**إِحْتِيَانٍ** fraudulentiam significat, nec aliud quod sciam.

XXXVIII.

**إِحْتِيَارٌ مِنَ النَّظَرِ فِي شَعَاعِ النُّجُومِ**  
Caue intueri in splendorem stellarum. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Acumen Pythagoricum non capio, nec scio quid velit adagium.

XXXIX.

**كُنْ مَعَ الْجَاهِلِ حَكِيمًا وَمَعَ الْأَحْمَقِ عَالِمًا**

Esto cum stulto sapiens, & cum insano mentis compos. S.

NOTÆ

## NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Hoc suprà scholium fuit prouerbii 16. Esto cum paliuro  
oliua, & fortè etiam hic est explicatio similis adagii, quod  
negligentia scriptoris omisum est.

## XL.

أُنْتَقِرُ التِّجَارَةَ بِاللَّكِيسِ وَالْقِعَادِ فِي  
جِبْرِيلِ الطِّمِينِ ، أَعْنَى . صَالِحٌ قُلُوبَ  
الْجِهَالِ بِكَلَامِ حُدْوَنِ وَ

Tege mercem tua m melle, & proiice  
eam in cisternam lutis. Sensus, Con-  
cilia corda stultorum sermone dulci. S.

## NOTÆ I. SCALIGERI ET T. ERPENII.

Nunquam antea legeram *דְבָשׁ* quod est Heb. ; *נַמֵּל*  
Arab. propriè est *عَسْل*. S. quod habes prouerbio 175.  
*דְבָשׁ* autem ferè sanctum usurpatur pro melle facto ex  
vvis aut dactylis : Medici tamen mel dactyliorum absolute  
رُبَّ الْعَنْبَرِ *دְבָשׁ* vocant, & mel vuarum *دَبَشَ* succum  
vuae nuncupant. *جِبْرِيل* autem est fossa, fo-  
uea, puteus.

## XLI.

## XL.

إِنْتَعِ الْهَمْ وَلَا تَكُنْ فِي مَسِيلِكَ  
الشَّرِيرَةِ وَلَا تَسْبِغَهَا .

Exequere aquum, neque insistas  
voluntati tuae male, neque sequere  
eam. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Non agnoscō hūc naccūmā, sed potius eius quandam explicatio-  
nem: ac omnīnd suspicor negligentiam scriptoris ipsum pro-  
verbium hūc omissum esse. Confer cum hoc scholium pro-  
verbii undecimi, & agnoscet scholiasten.

## XLII.

لَا تَفْتَحِ الْأَطْرَافَ قُبَّالَ قُوْسِ الْمَدَائِكَةِ .  
أَيْ . لَا تَفْتَحِ حَوَاسِكَ قُبَّالَ نَظَرِ  
الرَّازِيَاتِ لِيَلَا تَقْعَ فِي أَحْبَالِهِنْ .

Ne aperias fenestras ante arcum an-  
gelorum. Id est, Ne aperias sensus tuos

LIX

in

in conspectu meretricum, ne cadas in  
technas earum. S. E.

## NOTA THOMAE ERPENII.

Arcum angelorum ne quis contemnat, feneſtras suas ad eorum  
iacula aperiens ac ſic scopum oppofitum diſcuſter attingere  
poſſent: nihil enim eis foret faciliuſ. ſic meretricum technas  
ne vilipendat, ad eas, tanquam ridens, ſenſus ſuos aperiens,  
garritus earum & cantus audiendo, formam, geſtus, tri-  
pudia & id genus nugarum ſpeculando: tela ſunt nimis pul-  
chrè scopum attingentia.

## XLIII.

إِنْ كَانَتْ لَكَ شِبْكَةً أَمْ سِكْنَهَا  
لِيَلًا تَمْسَكَ مِنْهَا • أَعْيَ • إِنْ كَانَتْ  
لَكَ امْرَأَةً فَاسْتَخْصِّهَا وَلَا تَخْضُعْ لَهَا •

Si habueris rete trahe illud, ne forte  
traharis ab illo. Id est, Si habueris uxo-  
rem subiice illam tibi, neque subiici-  
tor illi. S.

## XLIV.

أَضْيَى سِرَاجَكَ قَبْلَ الظَّلَمَةِ • أَيْ • نَورٌ  
نَفْسَكَ

نَفْسَكَ بِالْأَعْمَالِ الصَّالِحةِ قَبْلَ أَنْ  
يَاتِيَكَ الْمَوْتُ \*

Accende lucernam tuam ante tenebras. *Id est*, Illumina te operibus bonis, antequam superueniat tibi mors. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Elegans adagium, eiusdem valoris cum vigesimotertio supra posito. Nec abludit Belgarum proverbiū : De feerse die voor-gaet/ die licht best. quo significant quoque bona opera in finem vite differenda non esse.

XLV.

لَا تَطِيرُ الطَّيْرَ بِأَرْضِ مُغْبَرَةٍ • أَعْنَى  
لَا تَرْمِ الْحِكْمَةَ قَدَامَ الْجِهَالِ  
وَالْمُسْتَسْفِيِينَ \*

Ne admitte ad volatum accipitrem tuum in terra puluerulenta. *Id est*, Ne proiicias sapientiam coram stultis & impiis. S.

NOTÆ

NOTA JOSEPHI SCALIGERI.

Constat in terra puluerulenta male succedere aucupia, quod cursu aucupum puluis excitatus adimit aspectum accipitris & prædae. hoc verbum طير multa significat etiam quæ hic quadrare possent, sed verisimilius delegi.

NOTA THOMÆ ERPENII.

طير (a quo fit طير in secunda (onius.) est volare, & irasci, indignari, nec aliud, quod sciam. pro مغربة, مغربة, id est, aliena: ut proverbium vetet, ad volatum admittere auem in terra aliena,

## XLVI.

لَا تُغِطِّي نَفْسَكَ لِلْحَطَّيَةِ وَلَا تُسْلِمْهَا  
لِلْأَشْرَارِ

Ne dedas peccato animam tuam,  
neque tradas eam malis. S.

NOTA THOMÆ ERPENII.

نَفْسَكَ quoque commode veritas te ipsum. Fortè & de hoc dici queat, quod de quadragesimo primo dictum est.

## XLVII.

الْمُجَانِيَةُ لِلْتَّابِرِ أَسْلَمْ

E 2 Secessio

PROVERBIORVM ARABICORVM  
Secessio hominibus tutissima est. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.  
Turba vitanda est. Videatur Seneca in Epistola.

## XLVIII.

مَنْ اسْتَرْعَى الْذِيْبَ ظَلَمَ  
Qui lupum pascit delinquit. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Puto proverbiū in eos dici qui prædonibus ac furibus fauent,  
eorumque scelerā celant, ac prædas eorum emunt, vel sub  
specie rerum benè partarum pro iis diuendunt, & hoc mo-  
do eos nutriunt.

## XLIX.

يَقْعُولُ فِي تَخْلِيلٍ مِنْ أَمْرِهِمْ لَا  
يُمْكِنُونَ أَنْ يَعْرِمُوا فِيهِ عَلَيْ رَأِيِّهِ  
Incidunt in confusionem negotii  
sui, nec possunt deliberare in eo de  
consilio. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Quorum res malo sunt loco, consilio opus habent ad eas compo-  
nendas. unde eorum res merito pessimo dicuntur loco esse,  
qui

qui in fortunis suo ita perturbati sunt ut ne deliberare quidem de consilio possint. credo hoc velle Arabicum textum, qui parum aut nihil mihi videtur sapere aequum.

## L.

إِنَّهُ مَعَ حُمْقَةٍ يَلْأَعُ حَاجَةً

Vtique ille cum insania sua perueniet ad negotium suum. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Hoc proverbum non est, nec satis video quid velit.

## LI.

كَالْطَّالِبِ الْقَرْنَ فَجُدِّدَتْ أَذْنُهُ

Instar petentis cornu, cui amputata est auris sua. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

De huius sensu vide Proverbum LXXVII, ubi repetitur cum interpretamento.

## LII.

كُلُّ الْخَدَاءِ يَحْتَدِي بِهِ الْحَافِي

Quouis calceo calceatur πούρως,  
(nudipes.) E.

NOTAE THOMAE ERPENII.

Miræ elegantia prouerbium, cuius mens est, defectu meliorum,  
vilioribus quemque contentum esse.

## LIII.

قَدْ زَرْتَنَا زَوْرَةً فِي الْمَهْرِ وَاحِدَةً ♦

Visitasti nos visitatione in seculo  
vnâ. E.

NOTAE THOMAE ERPENII.

Mens est, ni fallor, vix integro seculo semel nos inuisis,  
وَاحِدَةً ♦ زَوْرَةً ♦ separata sunt rhytmis gratia, qui  
sic satis elegans est, sed alioqui prouerbii figura aliqua hic  
vix apparet.

## LIV.

سَأَخْسِلُ عَنِّي هَذَا الْعَارَ بِالسَّيْفِ ♦

Age eluam à me hanc picē gladio. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Macula quæ aquâ elui non potest deradatur gladio, ut macula  
ex pice quæ non nisi ferro tolli potest. Maiora delicta maio-  
ribus suppliciis coercenda.

NOTAE THOMAE ERPENII.

Ego عَلَى nunquam legi pro pice, at pro dedecore, & op-  
probrio passim occurrit. videtur itaque sententia ver-  
tenda:

## CENTVRIA I.

39

tenda. Elvo am à me hoc dedecus gladio. <sup>in prima</sup>  
 vocis prefixum non significat age, sed nota solùm est Futu-  
 ri. Vide Grammaticam.

## LV.

قُدْ سَعْتُ مِنْ يَلْسُورِ السِّبْكَةِ

Iam dudum audui qui extricat in-  
 tricata. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

De re in qua nos exercitos esse testamur, ut admonendi non  
 simus. Gallicè : l'en ay les oreilles batues. Il y a  
 long temps qu'on m'a appris le mestier.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

الْمُجْرِي difficultatem propriè significat quo modo و vertere  
 malim. سَبْكَةُ (quod habebat exemplar) pilos derasos  
 significat, ut سَبْكَةُ rationem; sed ea hic quadrare non  
 possunt.

## LVI.

لَا تُظْهِرِ الشَّهَادَاتِ بِأَحِينَكَ

Ne profer opprobrium fratri tuo. S.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

Malim vertere: Ne manifesta fœditatem in fratre tuo  
 (seu fratri� tui.) est enim شَهَادَاتٌ وَ شَهَادَاتٌ  
 fœdi-

fœditas, ﴿ فَسْوَى ﴾ fœdum facere, vituperare.

## LVII.

كَانَ كِرَاعًا فَصَارَ ذَرَاعَةً

Erat coxa, & factus est brachium. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

De iis qui gradatim ad superiores ordines promouentur.

## LVIII.

الْحَمْدُ لِلّٰهِ وَالْمَدْحُوَةُ مُنْزَهٌ

Laus est exposita direptioni, & dif-  
famatio tanquam tributū exigitur. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Tanquam laudi locus non sit, diffamatio autem lege introducta  
& defensa videatur.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

Participia ista D. Scaliger legit cum Phathha ad penultimam:  
pro quo ego Res re malim, ut actua sint, & mens prouer-  
bii: Laudatio ditat, & diffamatio mulctat; Lau-  
dantem scilicet, & diffamantem: sicque non modò rhythmi-  
cum, sed elegans quoque est proverbiū. فِي in quarta  
Coniug. etiam ditare significat, & أَغْرِمْ est multare.

## LIX.

## LIX.

صَدْرَكَ أَوْسِعُ لِسِرْكَ • يُعْنِي • لَا  
تَكْتِشِفَهُ عَلَيَّ أَحَدٌ

Pectus tuum dilata secreto tuo. *hoc*  
*est: ne detege id vlli. S.*

## LX.

أَمْلَكَ الْأَنْسَانُ لِنَفْسِهِ مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ  
مَنْ صَدِيقٌ

Possidet homo animam suam (vel se ipsum) qui occultat secretum suum ab amico suo. S.

## NOTAE THOMAE ERPENII.

Videtur potius vertendū: Dominatur homo animæ suæ (vel sibiipsci) &c. id enim لَنْ يَنْعَلِمُ videtur requirere: nam pro possidere regit hoc verbū Accusatiū. Vult itaque Proverbiū, ni fallor, eum qui secretum suum etiam amicū celare potest, tanquam fortēm herōem se ipsum vincere. Legimus autem الْأَنْسَانُ pro eo quod mendosè

mendosè in M S. erat **النَّاسُ** id enim nullo modo hic  
confistere potest, etiamsi Plurale sàpè in hac lingua cum sin-  
gulari construatur.

## L XI.

**السِّرُّ أَمَانَةٌ، أَيْ فِي أَمَانَةٍ أَحَدٌ مَوْضُوعٌ**  
Secretum est fides, hoc est, commen-  
datum fidei alicuius. S.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

Videtur velle tantam esse alicuius fidelitatem, quantam eam  
in secreto sibi ab amico commisso ostendit, ita ut qui id con-  
seruat pro fidei habendus sit, qui diuulgat pro infidelis:  
quod verissimum est.

## L XII.

**إِذَا تَعْزَّزَ مَنْ تَرَى يَعْزِزُكَ مَنْ لَا تَرَى**

Quando magnificabis quem vides,  
is magnificabit te quem non vides. S.

## L XIII.

**مَنْ اشْتَرَى اشْتَهَى يُعْنِي بِمَا لِهِ**  
Qui emit cupit, hoc est, opes suas. S.

NOTÆ

NOTE JOSEPHI SCALIGERI.

Id est, *cupit id quod iam habet.*

NOTE THOMÆ ERPENII.

Prouerbium est paronomasia magis quam sensu elegans: non enim video quid aliud significet, quam, Eum qui emit aliquid, desiderio eius tangi.

## LXIV.

شَرُّ الْفَقْرِ الْخُضُوعُ وَحَيْرُ الْغِنَمِي  
الْفَقْرُ  
خُضُوعٌ

Malum paupertatis est abiectum esse, bonum vero opulentiae (leu diuitiarum) esse contentum. E.

NOTE THOMÆ ERPENII.

Elegantissima maxima cum rhythmo, tum sensu, quisatis patet:  
Unde inferes quod vulgo dici solet, Diuitem esse qui sua sorte contentus est, pauperem vero qui sordide & abiecte vivit, ut opes suas augeat, etiam si alioqui satis magnas possideat.

## LXV.

سُوكَ أَسِيرُكَ إِنْ صَلَّهُ وَأَنْتَ أَسِيرُ  
لَهُ إِنْ ظَلَّ  
ترَ

Arcanum tuum est captiuus tuus, si custodieris illud: tu autē captiuus eius es, si manifestetur. S. E.

## LXVI.

وَكُلْ جَرِيَّةٍ فَلَهَا دَوَاعٌ وَسُوءُ الْخُلُقِ  
لَيْسَ لَهُ دَوَاعٌ :

Omni vulneri est medicina: at malo naturæ non est medicina. E.

## NOTAE THOMAS ERPENII.

Malo naturæ, id est, malitie naturali, seu male indoli quam alicui natura indidit atque inseuit.

Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret.

## LXVII.

وَلَيْسَ يَدَا إِيمَانًا فَعِيْمَ كَمَا اتَّبَعُوهُ  
لَيْسَ لَهُ بَقَاءً :

Non est durabile semper bene esse; ut quod malo præditum est non habet durationem. S.

## NOTAE

## NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Tlū ñdūnāθēas Epicuri, item tlū ñdūnāθēas Democriti Arabes  
vocant نَعْيَةٌ، نَعْيَةً. Nemini vñquam tam benè est  
ut sit diſrabilē, & non in contrarium vertat: quemadmo-  
dum nullum est malū quod finem non habeat. Et aut rō  
præponitur, quia videntur hæc apud auctorem vnde ex-  
cerpta sunt coniuncta cum superioribus, aut non mulium  
disuncta fuisse.

## NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Ad verbum: Non est in durante æternūm voluptas;  
sic miseria non sunt ei reliquiae. hoc est, Nulla vol-  
uptas aut miseria perpetua est. nota benè Arabismum in  
durante, id est, durans. similia passim inuenies, ut

الله يقادر Deus est in potente, id est, potens,

أنا بِهُوَنِي Ego sum in credente, id est, credens.

بِهِسْ idem est quod afflictio, miseria. ac  
(quod babebat exemplar MS.) basium seu oscu-  
lum denotat, quam lectionem sequutus D. Casaubonus,  
sequentes huic proverbio adiecerat notas.

## NOTÆ ISAACI CAVSABONI.

Nos sic vertimus: Οὐδὲν εἰς αἰσχρὰ διαμένει καὶ φίλημα. δὲ  
οὐδὲν δυνατόν δεῖφαρον. Acutissimè & elegantissimè. quid ea  
voluptate breuius aut vanius? Notum istud Theocriti: νεὸς  
φίλημα, νεὺς χάρες. Vbi enim labia separata sunt, nullum

PROVERBIORVM ARABICORVM  
eius superest vestigium. Talia sunt humana gaudia, et que  
vulgò ce sentur bona.

## LXVIII.

مَا يَحْمِلُ الْحَقْدَ مَنْ تَعْلَوْا لَهُ الرُّتبَ  
وَلَا يَتَأْلُمُ الْعَلَاءَ مَنْ طَبِعَهُ الْعَصَبُ :

Non fert iram is cui gradus exaltati  
sunt: nec adipiscitur summa cuius na-  
tura est iracundia. E.

NOTÆ THOMÆ ERDENII.

Cuius natura est iracundia, id est, iracunda. Ut prin-  
cipes aliorum indignationem non ferunt: ita ad principatum  
non perueniunt, qui natura sunt iracundi.

## LXIX.

يَسْ شِ يَا جَحِيْسْ حَيْيٍ يَنْبَشِ  
الْحَسِيْشِ

Viue a selle quamdiu floret pabu-  
lum. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Viuere est indubie, se donner bon temps; Hispanice  
holgar. Est autem hic rhythmus Arabicus: Et scito mato-

rem

rempartem Scitorum, Sententiarum, Adagiorum Arabico-  
rum òmagis lata nòmoxatitae esse. totus Alcoranus huins-  
modi rhytmis scalet, quamquam longissimis.

NOTE THOMAE ERPENII.

Præstat vertere: Viue a selle donec proueniat herba;  
ut sit eiusdem sententie cum illo Poëta, Durate & vol-  
met rebus seruare secundis. Simillimum huic est illud  
Italorum: Bello cauallo non morir, che l'herba  
fresca de'venir.

## LXX.

عَجَبًا عَلَيِ الْمُحِيطِ كَيْفَ يَنْتَامُ  
وَكُلُّ نَوْمٍ عَلَيِ الْمُحِيطِ حَرَامٌ

Mirum quomodo amans dormiat:  
cum omnis somnus amanti sit inter-  
dictus. E.

NOTE THOMAE ERPENII.

Vsus huius sententia est cum amans dicitur dormiuisse aut  
dormiturus. quid itaque velit omnium optime illi no-  
runt qui amorum tormenta experti sunt. Est autem di-  
stichon è poëta aliquo desumptum, cuius prima dictio re-  
gitur à voce aliqua antecedente; alsoqui scriberetur  
عَجَبٌ , vel potius عَجَبٌ id est, miror.

## LXXI.

## LXXI.

مَا يَسْهِمُ الْحُورُ إِلَّا لِلَّهِ وَرْزَقُ

Non fert violentiam (*seu* tyrannidem) nisi taurus. E.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

*Ignoro quid velit; nisi dicat innocentes solos, vel eos qui vires suas ignorant, tyrannidem pati.*

## LXXII.

الصَّدْقُ عَزٌّ وَالكَذْبُ خُضُوعٌ

Veritas magnifica est; mendacium autem abiectum. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

*Signantius Græcè: ἡ ἀληθεία γνῶσις, τὸ δὲ φεῦδος χαρακτῆρος.*

NOTÆ THOMAE ERPENII.

حُضُوعٌ عَزٌّ *substantia sunt. ad verbum itaque veritas: Veritas magnificentia (*seu* nobilitas) est, & mendacium vilitas.*

## LXXIII.

الكَذْبُ دَاءٌ وَالصَّدْقُ شَفاءٌ

## LXXI.

Men-

Mendacium infirmitas est; & veritas sanitas. E.

LXXIV.

الْفُمُ لِلِّسَانِ سِجْنٌ \*

Os linguae carcer est. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Notum quo modo ἔργος ὁδόντων Homeri exponitur à Philologis.

LXXV.

إِيَّاكَ أَنْ يَصْرِبَ لِسَانُكَ عَنْ قَكَ \*

Caue ut feriat lingua tua collum tuum. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Vt feriat, Ne feriat. Arabismus. Aliquando homines propter lingue incontinentiam capite plectuntur.

LXXVI.

الْوَحْدَةُ أَحْيَرُ مِنْ مُعَاشَرَةِ السَّوْءِ \*

Solitudo melior coetu malo. S.

NOTÆ THOMÆ ERGENII.

propriè est conuersatio. Itali: Meglio e solo che mal accompagnato.

G

LXXVII.

## LXXVII.

كَالْطَّالِبُ الْقَرْنَ فَجُدِ عَشْ أُذْنُهُ  
أَيْ، جَاءَ يَطْلُبُ زِيَادَةً وَأَتْلَفَ مَا  
عِنْدَهُ

Instar petentis cornu cui abscissa est auris sua. *I'd est*, Venit petere auctariū, & amisit quod penes eum erat. S. E.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

Mens eadem quæ illius Graci: Ζητῶ ὁφορ θουμάνος ἀπωλεσε.

Exstat & Chaldaicè in Talmude Babylonico, Capite ultimo libri סְנַחֲרִין hisce verbis:

גֶּמֶלֶת אַלְלָא לְמִיבֵּעַ קָרְנוֹ אֲוֹנוֹ דָּהָו לְיַיְן פִּנְגִּיהִי : Camelus abiit ut cornua quæreret, & aures quas habebat amputârunt ei. Petatum itaque adagium est à fabula: cui similis extat apud Æsopum de cane qui in fluvio natans, & imaginem carnis quam ore ferebat volens prehendere carnem ipsam amisit. Atque ita sape euenit ut qui contentus non est eo quod in manibus habet, illud etiam amittat dum amplius querit.

## LXXVIII.

الْمُصِيَّةُ لِلصَّابِرِ وَاحِدَةٌ وَلِلْجَازِعِ اثْنَتَانِ

اَثْنَتَ سَعَانٍ

Accidens (*seu* infortunium) patienti vnum est; pauido autem geminū. E.

LXXIX.

مَنْ يَفْعَلُ الْخَيْرَ لَا يُعَذَّبُ جَوَازِيَّةً

Qui operatur bonum non priuabitur remuneratione eius. S.

LXXX.

السَّاجِدُ قَرِيبٌ مِّنَ اللَّهِ قَرِيبٌ مِّنَ  
النَّاسِ قَرِيبٌ مِّنَ الْجَنَّةِ بَعِيدٌ مِّنَ  
النَّارِ

Liberalis vicinus est Dei, vicinus hominum, vicinus paradisi, remotus ab igne inferni. S.

NOTE JOSEPHI SCALIGERI.

Liberalis non solum in hoc seculo felix censetur, sed & in futuro.

G 2

LXXXI.

## LXXXI.

تَضْرِبُ فِي حَدِيدٍ بَارِدٍ :

Percutis ferrum frigidum. E.

NOTAE THOMAS ERPENII.

Quam plurima apud Græcos & Latinos extant adagia quibus  
inanis opera significatur; istud tamen Arabicum, quod  
cum primis est elegans, non memini me apud illos legere. Bi-  
fariam autem usurpari potest: vel cum occasione neglecta  
frustra postea in re aliqua sudatur, ac cum consideratur,  
ferrum à calore ad pristinum frigus redactum: vel cum  
opera datur ut aliquid fiat, subiecto more debito non dispo-  
sito, quo modo consideratur prius cudi, quam calefieri.

## LXXXII.

أَلَادُبُ صُورَةُ الْمُهَاجِلِ :

Eruditio est figura prudentiae (vel  
intellectus.) S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Prudentia est ipsum archetypum, disciplina exemplar.

NOTAE THOMAS ERPENII.

أَدَبُ eruditionem quidem etiam significat, sed propriè  
bonos mores, ut verbum docere mores: &  
عَقْلُهُ est intellectus: unde me iudice melius hæc senten-

tia vertatur, cum Arabe: Boni mores imago sunt intellectus in quam versionem sequentia scripsit doctissimus Casaubonus.

## NOTAE ISAACI CASAUBONI.

Ut animi duas præcipuae sunt partes, sic sapientiae duo membra  
in ḥis̄ ṣab̄a n̄ ḥay uṣṣa, quæ multis nominibus inui-  
cēt̄ sunt separate. Ait tamen auctor proverbiū: prout fue-  
rint alius mores qui ad voluntatem pertinent, posse de  
eius intellectu coniecuram fieri.

## LXXXIII.

قَلْبُ الْأَحْمَقِ فِي فِيهِ وَلِسَانُ الْعَاقِلِ  
فِي قَلْبِهِ

Cor stulti in ore eius: lingua autem  
prudentis in corde eius. S.

## NOTAE JOSEPHI SCALIGERI.

Simile in Proverbiis Siracidis, Cap. 21.

## LXXXIV.

إِذَا تَمَّ الْعَقْلُ نَفَّصَ الْكَلَامُ

Cum deficit (seu finitur) intellectus,  
deficit oratio. S.

أَلْحَسْدُ لَيْسَ لَهُ رَاحَةٌ

Inuidiæ nulla est quies. E.

## LXXXVI.

أَغْنِيَ الْعِنَاءُ الْعَتَّلُ

Ditissimæ diuitiarum intellectus est. E.

NOTÆ THOMAE ERGENII.

Diuitiarum omnium præstantissima sunt intellectus seu eruditio.

## LXXXVII.

لَا صَوَابٌ مَعَ تَرْكِ الْمَشْوَرَةِ

Non concordat cum omissione consilium.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Non rectum est cum omissione consilium; id est, non differendum est consilium: sed urgendum, ut non prius discedatur quam initum & conclusum sit: nam iudicia hominum mutabilia, id est non deferendum. Alter & melius: Non est rectum cum omissione consilii. hæc est

CENTVRIA I.

55

vera interpretatio. Vbi negligitur quod antea conuenerat,  
quid reatum esse potest?

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Priori sensu legendū <sup>وَ</sup>، الْمَشْوَرَةُ <sup>وَ</sup>، at posteriori <sup>وَ</sup>، الْمَشْوَرَةُ <sup>وَ</sup>،  
bunc approbo: ut mens sit, Consilio neglecto res non solere  
feliciter succedere.

LXXXVIII.

لَا تَنْظُرْ إِلَيْ مَنْ قَالَ بَلْ انْظُرْ إِلَيْ  
مَا قَالَ <sup>وَ</sup>.

Ne respice ad eum qui dixit: sed re-  
spice ad id quod dixit. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Verba sunt Charmidis ad Socratem, apud Platonem: Non  
considerandum est quis dixerit, sed quid dixerit,  
& an vere.

LXXXIX.

لَا يَرْمِعْ شَجَرَةً <sup>وَ</sup>.

Non est iustitia cum auaritia. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Difficile certè est iustum simul & auarum esse.

XC.

مَنْ يَشَاءُ أَنْ يَعِيشَ سَالِمٌ  
فَلَيَتَقَرَّدْ مِنَ النَّاسِ صَامِدٌ

Qui vult viuere incolmis, separet  
se ab hominibus tacitè. S. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Elegans admodum hic est rhythmus Arabicus: cuius causa po-  
tissimum istud صَامِدٌ tacitè videtur adieclum, also-  
qui sine magno sensu detimento abesse queat. Suadet sen-  
tentia vitare turbam, de quo vide Senecam in Epistolis.  
D. Scaliger ultima verba verterat ab homine taci-  
turno, adieceratque Catonis distichon:  
Demissos animos ac tacitos vitare memento.  
Quà flumen placidū est, forsitan latet altius vnda.  
Sed minùs bene: eo enim sensu scriptum fuisset مِنْ

الْأَنْسَارِ الصَّامِدِ.

عِنْدَ الصَّبَاجِ يَحْمَدُ الْقَوْمُ السَّدَى

Ad aurorā laudat populus pluuiā. E.

NOTÆ

سَمَدِي pluuiam denotat, & ventum nocturnum :  
 quorum neutrum hic satis conuenire videtur: unde suspi-  
 cor legendum esse ۲۰۱۱, id est, vigiliam (quia proclue-  
 fuit in scriptura minùs accurata illud pro hoc legere) ut  
 laudet matutinam vigiliam: manè enim surgere præstat,  
 quam in multam noctem actiones suas protrahere. Et, Au-  
 rora Musis amica.

## XCII.

لَا تَسْخُرْ فِي شَيْءٍ فِي حَرْبٍ كَـ

Ne subsanna quipiam quod te  
 comprobare potest. S.

Meliùs dixerò Græcè: μὴ διαμόνει τὸ δέ, τὸ σὲ δοκιμάσει.  
 Etiam rem vilissimam quæ quidem tui aliquod specimen  
 edere possit, & te hominibus probare, noli deridere.

## XCIII.

ثَبَاتُ الْأَيْمَانِ الْوَرْعُ وَرَوْاْلَهُ الطَّمْعُ

Stabilimentum fidei humilitas: la-  
 befactatio autem eius præsumptio. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

وَرْعٌ est quidē modestia, humilitas; sed & abstinentia:

طَمَعٌ autem concupiscentia: unde melius forte veratur: Stabilimentum fidei est abstinentia: labefactatio autem eius concupiscentia.

## XCIV.

تَطَعُّمٌ تُطَعِّمُ . أَيْ، ذَقِ الظَّعَامَ فَإِنَّهُ  
يَدْعُوكَ إِلَيِ شَوَّرَةٍ .

Gusta cibaberis. *Id est.* Gusta cibum,  
& ipse vocabit te ad appetitum sui. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Gallicè : En mangeant l'appetit vient. Et possumus parodia Homerica dicere: εἰδαρ γδ ἐφίληε) αὐτὸ τὸν αἰδεγοις μὴ γνῶν γδ ἐφίληε) αὐτῷ περειδαρ. hortatio ad eos quos aliquis laboris magnitudo deterret. Potes infinitus esse usus.

## XCV.

أَعْلَمُ تُخَصِّبُ ، أَيْ ، كُلْ مَرَّةً بَعْدَ مَرَّةً  
تَسْتَعْنُ

Sis

CENTVRIA I.

Sis debilis, inualeſces. *Id est*: Ede vi-  
ce post vicem (*id est*, multoties,) pin-  
guesces. E.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

Suadet Prouerbiū modicē & multoties cibum sumere: contra  
corum opinionem qui rariū cum & abundē sumendum  
censem̄t. Gallicē: Souuent & peu manger Ce fait  
l'homm' engraisser.

XCVI.

إِذَا لَمْ يَكُنْ لَكَ مَا تُرِيدُ فَارْدُ مَا  
يَكُونُ وَلْنَ.

Quando non euenit tibi quod vis;  
velis quod euenit. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Græcorum & Latinorum notissimum prouerbiū.

XCVII.

إِذَا سَمِعْتَ الرَّجُلَ يَقُولُ فِي كَيْفَيَةِ مِنْ  
الْحَيْرِ مَا لَيْسَ فِي كَيْفَيَةِ فَلَا تَأْمَنْ إِنْ  
يَقُولُ

يَقُولُ فِيْكَ مِنَ الشَّرِّ مَا لَيْسَ فِيْكَ :

Quando audiueris virum loquenterum de te bonum quod in te non est, ne credas: loquetur enim & malum de te, quod in te non est. S. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Ne credas, id est, ne propterea in sinu gaudes: sed statue, etc.

D. Scaliger pro اَنْ legerat اَنْ, verteratque: Nec crede si loquatur super te malum quod in te non est.

### XCVIII.

الصَّمْتُ يُكَسِّبُ أَهْلَهُ مَحْبَبَةً :

Taciturnitas conciliat suis amorem. E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Ad verbū: Taciturnitas lucrari facit populum suum amorem.

### XCI X.

آتَنَدْمُ عَلَيِ السُّكُوتِ حَيْرٌ مِنَ النَّكِيرِ

عَلَيِ الْقَوْلِ :

Poeni-

Poenitentia super silentio, melior  
est poenitentiâ super sermone. S.

NOTE JOSEPHI SCALIGERI.

*Prestat penitere taciturnitatis, quam loquela. Versulus  
Catonis:*

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.

C.

الصَّمْتُ حِكْمَةٌ وَقَلِيلٌ فَاعْلَمُ

Taciturnitas sapientia est; sed rarus  
est agens eam. E.

H. 3 PRO-

62 PROVERBIORVM

ARABICORVM

Centuria Secunda.

I.

دَقْلَى بِالْمِنْجَارِ حَبَّ الْفَلْكَ لِلْمِنْجَارِ

Pungit te in naso granum piperis. S.

CLEISTI

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Scitum Gallicanum, Vne mouche tra picqué. Est phrasis  
proverbialis, non γνῶμη παρομιώσεως.

II.

اِنْتَبِهَ الْكَلْبُ مِنْ بَعْدِ النَّهْبِ ۝ اَيْ ۝

اِنْتَبِهَ مِنْ بَعْدِ مَا صَارَ الْأَمْرُ يُقَاءُ ۝

لِلَّذِي يُدَبِّرُ الشَّيْءٌ مِنْ بَعْدِ مَا صَارَ ۝

Euigilauit canis postquam rapina facta est. Id est: Euigilauit homo postquam res accidit. Dicitur de eo qui rem

## CENTVRIA II.

63

rem tractare (*seu* moderari) vult post-  
quam accidit. S.

## NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Græcè: Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμπαχία: Post bellum sup-  
petiæ.

## III.

مَنْ يُخْبِرُكَ بِشَيْءٍ عَنْ أَحَدٍ فَهُوَ  
الشَّاهِدُ

Qui denuntiat tibi diffamatoria su-  
per aliquo, ipse est diffamator. S.

## NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

Diffamatores non sunt solum qui motu proprio alicui obtre-  
ctantur; sed etiam qui alienis verbis aliquem deferunt.

## IV.

آلْزَاحَةُ تُذَهِّبُ الْمَهَاجَةَ

Iocus aufert (*quasi dicat*, collusio ire  
facit) reuerentiam. E.

## NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Nimia familiaritas contemptum parit. Eleganter Itali: Bal-  
dezza de patrono capello de matto.

## V.

V.

لَا تَمَازِحُ الشَّرِيفَ فَيَخْنُدُكَ عَلَيْكَ وَلَا  
اللَّذِنِي فَيَجْتَرِي عَلَيْكَ

Ne lude cum optimate, ne irascatur  
tibi; neque cum infimate, ne abuta-  
tur te. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENI.

Ne abutatur te, ad verbum, ne audeat super te:  
est enim idem quod تَجْرِي اجترى, id est, audere.

VI.

لَا تَفْسِّرْ سِرَّكَ إِلَيْ أَهْلِ قَوْمٍ

Ne sparge secretum tuum in popu-  
lum (palam.) S.

VII.

صَرَحَ الْحَقُّ عَنْ مَخْصِصِهِ، أَعْنَى  
إِنَّكَشَفَ الْأَمْرُ بَعْدَ سَتْرِهِ

Prostrata est veritas à simplicitate  
suâ. Id est: Detecta est res post secretum  
suum. S.

NOTÆ

## NOTAE IOSEPHI SCALIGERI.

Nimis <sup>ان</sup> silentii aliquando patefacit secretum, quia sepe numerò ex silentio ipso elicetur confessio: neque enim sat est præcisè silere, nisi accedant colores, et speciosa dissimulatio-nes, quæ arcano velum obtendant. <sup>ع</sup> est allidere solo, ut faciunt luctatores, <sup>و</sup> خ پرسن الرؤوف: Gallicè, porter par terre: ut in Euang. <sup>و</sup> خ و موسى، ne vos allidant; <sup>و</sup> خ ترتيليان: non autem rumpant, à <sup>و</sup> خ يوحنا: quanquam Horatius: Non ego te tigris ut aspera frangere persequor.

## NOTAE THOMAE ERPENII.

Malè legit D. Scaliger <sup>و</sup> خ prostratus fuit, <sup>و</sup> خ reuelatus est. <sup>و</sup> خaque vertendum: reuelata est ve-ritas à simplicitate suâ, vel à puritate suâ: nam <sup>و</sup> خ etiam puritatem significat.

## VIII.

<sup>ر</sup>ب سا مع يخبرني لم يسمع عذري.

Forte qui audit rumorem de me, non audiuit apologiam meam. S. E.

## IX.

<sup>ر</sup>ب ملوم لا ذنب له

I For-

PROVERBIORVM ARABICORVM  
Fortassis accusatur, nec deliquit. S.

X.

كُلْ أَحَدٍ أَعْلَمُ بِشَانِهِ

Vnusquisque peritissimus est in re sua. S.

NOTÆ THOMÆ ER PENII.

In re sua, *vel* opere aut negotio suo. *Unde nos*, Artifici in arte sua credendum est.

XI.

لَعَلَّ لَهُ عُذْرًا وَأَنْتَ تَلُومُ

Fortasse ille habet quo se excuset,  
& tu accusas eum. S.

NOTÆ IOSEPHI SCALIGERI.

عذر *hic ponitur pro innocentia, non autem pro apologia mera.*

XII.

لَا يَنْبَغِي لِجَاهِكِمْ أَنْ يَسْمَعَ شَكِيَّةً

أَحَدٌ إِلَّا حَصَدَ مَعَهُ

Non oportet ut iudex audiat querelam

relam alicuius, nisi & aduersarius eius  
cum eo fuerit. S.

NOTÆ IOSEPHI SCALIGERI.

Μήτε οὐκέτι σύνδομης τρόπῳ αὐτοῖς μῆθον ακέστη.

## XIII.

الْمَارُ وَالدُّنْيَا تَرْزُقُ وَتَبْقِي الْأَعْمَالَ  
الصَّالِحَةَ

Opes & Mundus transibunt, & du-  
rabunt opera bona. S.

## XIV.

قِيلَ إِنَّ الْإِنْسَانَ هُوَ أَبْنَى النَّقَاصَانِ

Dicitur homo esse filius defectus. E.

NOTÆ THOMAE ERPENII.

Rhythmicum est & elegans proverbiū, cuius mens eadem (ni  
fallor) est que istius Hebraic נָטוּן אֲדֹם אֲשֶׁר לֹא יַעֲשֶׂה.  
Humanum est errare. Filius defectus phrasis est  
Arabica, qualis Hebraea filius perditionis. Prima duc  
voce non sunt de essentia proverbiū.

## XV.

إِنْسَانٌ بِلَا قُوَّةٍ كَمُهْرِبٍ لَا مَاءٌ  
وَامْرَأَةٌ بِلَا حَيَاةٍ كَمُصْبَاحٍ لَا ضَوْءٍ

Homo sine pœnitentia est tanquam  
fluuius sine aqua: & mulier sine vere-  
cundia, tanquā lampas sine lumine. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

*Putarem duas sententias esse; cùm nec rhythmō nec sensu ita  
conueniant ut iungenda videantur: ob inclusas tamen si-  
militudines coniungi possunt.*

## XVI.

الْمَوْتُ أَقْبَى مَنْ مَصَّى وَالْمَوْتُ يُفْنِي  
مَنْ بَقَى

Mors consumpsit eum qui disces-  
fit, & mors consumet eum qui rema-  
net. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

*Sententia harmonia & rhythmō elegantiſſima.*

## XV.

## XVII.

يَا مَنْ أَسَأَ فِيمَا مَصَبَّيْ كُنْ مُحَسِّنًا  
فِيمَا بَتَّهُ سَيِّ

O tu qui malè egisti in eo quod præteriit, esto benè agens in eo quod reliquum est. E.

NOTAE THOMAE ERPENII.

*Est ergo hic mirarhythmi elegantia. Per id quod præteriit intelligitur tempus præteritum; sicut per id quod reliquum est, ipsum tempus reliquum. Latinius dicas: Qui hactenus malè egisti, in posterum benè age. sed Arabicum longè est eleganter, ob rhythmum & suauem verborum fluxum, qua in linguam Latinam transferri nequeunt. Hortatio est ad resipiscentiam.*

مَنْ لَا يُقْدِمْ تَوْبَةً قَبْلَ الْمَوْتِ فَقَدْ  
سَيِّ

Qui non anticipat poenitentiam ante mortem miser (*seu infelix*) est. S.

## XIX.

مَتَّيْ تَهْجُرُ الدُّنْيَا وَتَنْوِي لَهُ بُغْضًا مَتَّيْ  
تَشْرُكُ الْعُصَيْانَ قُلْيٰ مَتَّيْ

Quando deseris mundum, & intendes ei odium? quando relinques rebellionem? dic mihi quando? E.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

قُلْ لِي <sup>و</sup>، قُلْيٰ <sup>و</sup>، *qua est contracta ex*

## XX.

كُلْ نَعْجَةٌ تَعْلُقُ بِعَرْقُوبَهَا، أَيْ  
كُلْ أَحَدٌ يُعَاقِبُ عَلَيْ أَحْوَالِهِ

Omnis quis suspenditur è calcaneo suo (in macello scilicet) *Ia est: Vnusquisque punietur super moribus suis (vel functionibus suis, actis suis.) S.*

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

*Elegans sententia; cuius mens eadem que illius Apostolici:  
Vnusquisque onus suum portabit.*

## XXI.

## XXI.

تَعْلَمُ الْعِلْمَ يَا قَسِّي لِتَكُونَ أَمِيرًا \*  
وَلَا تَكُنْ جَاهِلًا فَتَصِيرَ حَقِيرًا \*

Disce scientiam ô puer, vt sis imperator: & ne sis ignarus, vt fias despicibilis. S.

## XXII.

الْعِلْمُ تَاجٌ لِلْفَتَنِ وَالْعَقْلُ طَوْقٌ مِنْ  
دَهْنٍ \*

Scientia diadema est puer,& intellectus torques aureus. S.

NOTE JOSEPHI SCALIGERI  
Similia in Proverbiis Salomonis.

## XXIII.

مَا أَحْسَنَ الْعِلْمُ لِرَلَاءِ إِنَّهُ عَالٌ \*  
وَلَيْسَ يَوْجُدُ الْعِلْمُ إِلَّا يَنْبَاعُ بِمَالٍ \*

Quam præstans est (vel bona est)  
scien-

scientia magnati (præfecto!) Etenim ipsa cara est, neque reperitur scientia, ut vendatur opibus. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

*Idem in Proverbiis Salomonis.*

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

1stud لَوْلَا quid velit non video. وَلَا magnatem seu præfectum significare non credo sed est procurator, & possessor. itaque abundare suspicor, aut significare possessionem, ut dicit sententia, quam cara est scientia in possessionem! Exemplar M. S. habet لَوْلَا id est, si non, quod neutquam hic mihi videtur conuenire posse.

XXIV.

لَا تَحْقِرْنَّ ضَعِيفًا فِي تَقْلِيدِهِ إِنَّ الْبَعْوَذَةَ تَفْتَيْ مُقْلَدَةً الْأَسَدَ

Ne despicias debilem in conuersatione eius: nam culex fodit oculum leonis. S.

NOTÆ ISAACI CASAVONI.

Videtur esse origine: Ne asperneris culex tunc latet, sed adie-

cta

Eta est ratio, qua & ipsa per se est proverbiū, quia culex fodit oculum leonis. Est eiusdem argumenti cum epigrammate apud Capit. 1016. Petrum autem est hoc Arابum proverbum ex historia. Nam Leones in Mesopotamia mirè infestant culices. Marcellinus lib. xviii. idem Strabo lib. xvi.

## XXV.

لَا فَخْرٌ بِالْهَمَالِ وَالنَّسِيبِ بَلْ فَخْرٌ  
بِالْعِلْمِ وَالْأَدَبِ •

Non est gloriatio in opibus & stemmate: sed gloriatio in scientia & eruditione. S.

## NOTÆ THOMÆ ERPENII.

& eruditione; vel & bonis moribus, ut annotavi ad prou. 82. fieri autem potest ut ادب scientias praticas significet، عالم و Speculatiwas. certè hæc duo omnino videntur sumi, ut חכמה ו מושר initio Proverbiorum Salomonis.

## XXVI.

وَلَيْسَ الْيَتِيمُ مِنْ قَدْمَاتِ وَالْمَدَهْ بَلْ  
الْيَتِيمُ الَّذِي لَا يَعْلَمُ لَهُ وَلَا أَدَبٌ •

K Non

Non est orphanus cuius obiit pa-  
ter: sed orphanus est qui scientiam  
non habet & eruditionem. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

In exemplari M.S. hoc coniungebatur cum superiori, cuius no-  
tas vide.

XXVII.

اِقْتَنِي الْخَرَصُ فَإِنَّهُ كَنْزٌ عَظِيمٌ ♦

Acquire diligentiam; ea enim est  
thesaurus magnus. S.

XXVIII.

أَبْعُدْ عَنِ الْكَسَلِ فَإِنَّهُ مُمْتَلِي خَسَارَةً ♦

Recede à pigritia; quia ipsa est ple-  
na damno. S.

XXIX.

اِقْتَنِي لَكَ ذَهَبًا بِقِيَاسٍ وَعِلْمًا بِكَ  
قِيَاسٍ ♦

Acquire tibi aurum mensurâ, &  
scientiam sine mensurâ. E.

NOTÆ

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Mens: Eruditioni, non opibus in infinitum studendum esse.

## XXX.

كُنْ فِي طَفُولِيَّتِكَ مُتَضِعًا \*  
 لِتَكُونَ فِي شُخُوشِيَّتِكَ مُرْتَفِعًا \*

Esto in pueritia tua humilis, ut sis in  
senectute tua exaltatus. S.

## XXXI.

أُشْفِقْ يَا قَنْيَى عَلَى طَفُولِيَّتِكَ لَيْئَانًا \*  
 تَصِيرَ مَا كُوِلَّا لِلنَّارَ \*

Commiseratione mouere ô puer su-  
per pueritia tua, ne fias cibus igni. S.E.

## XXXII.

أذْكُرْ زَمَانَ الْمُرْضِ وَشُخُوشِيَّتِكَ  
 الْأَتِيَّةَ حَلْفَكَ لَا نَ أَحْكَمَهُ وَالْمَعْرَفَةُ  
 أَخْيَرُ

أَحْيَرُ مِنَ السَّيِّفِ وَالْعِلْمُ أَفْضَلُ مِنَ  
الْمَهْلِكَةِ

Memento temporis morbi & senectutis venientis pone te, quia sapientia & scientia melior est quam ensis, & scientia excellentior quam opes. S.

NOTAE JOSEPHI SCALIGERI.

*In principio subintelligenda ea que sunt in fine. Comparati  
sapientiam & scientiam, ut illis tanquam remedium possis  
occurrere morbis imminentibus, egestati, & senectuti.*

XXXIII.

الصَّبِيُّ الْعَاقِلُ أَفْضَلُ مِنَ الشَّيْخِ  
الْجَاهِيلِ

Puer prudens præstantior est senectusto. S.

XXXIV.

الْعِلْمُ هُوَ نُورٌ ثَانٍ وَكَمْ عَيْوَنَ مُضِيَّاتُ

Scientia est lumen alterum, habetque oculos lucidos. E.

XXXV.

## XXXV.

لَا تَكُنْ كَثِيرَ الْقَلْقِ وَالْحَوْفِ لِيَّا  
تَقْعُ فِي أَيْدِي أَعْدَائِكَ.

Ne fueris neque nimis præceps, neque meticulosus, ne cadas in manus inimicorum tuorum. S.

NOTÆ JOSEPHI SCALIGERI.

قلق *Gallicè:trop chatouilleus.* كثير القلق  
